



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 27. De obligationem restituendi acquisita per simoniam,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

rant bonis paternis, quantum consumunt: ad nullam restitu-  
tionem teneantur. Si vero non acquirant: iuxta Sylue-  
strum quidem loco cit. quest. 3, ad restitutionem teneantur.  
Sed iuxta Nauarr. in cit. cap. 17. num. 269. sit distinguendum:  
vt si proprio labore, aut inserviente alii possint scipios su-  
fentare, tunc teneantur ad consumptorum restituionem:  
quia pater non tenebatur eos sustentare. Si vero non nisi il-  
lo modo, hoc est, de bonis paternis aliiquid accipiendo, sepe  
sustentare potuerint, non teneantur ad restitutionem, qua  
pater tenebatur illos sustentare: & ideo, sicut de vxore diximus,  
computandi sunt suo modo in Creditorum numero. Si ta-  
men aliiquid amplius accipere perit quam esset ipsis necessa-  
rium in sustentationem a patre debitam, reuebuntur illud  
restituere.

Quinta difficultas est. Quid sentiendum sit de genero ac-  
cipiente dotem a socero vñtariori. Cui satisfaciendum est di-  
stinctio. Si enim sofer possit aliunde vñtras restituere,  
dos ab eo accipi potest, adeoque retineri; quantumuis ipse  
postea pauper fiat nec sit soluendo; luxa ante tradita nu. 422.  
& 423.

Si autem non possit sofer aliunde vñtras restituere, non  
potest dos ab eo accipi nec retineri. Quod Nauar. in Enchir.  
c. 17. nu. 271. probat: quia caperetur ab eo qui nec donare nec  
dotare potest sine peccato, consistente in iniuria per illa  
creditoribus. Et monet id ipsum procedere, non solum quando  
quod ipsa res per vñtariam acquisitæ dantur in dotem, & quan-  
do dos est extra modum; sed etiam quando in pecunia, aut in  
alii reb. quarum dominum vñtariorum habet, datur dos mo-  
derata. De obligatione tale quid restituendi, videre potes e-  
tundem ibidem. Et addere generum si bona fide dotem ac-  
cepit a socero qui non est soluendo creditoribus suis; pos-  
se ex ea tantum retinere quantum ei necessarium est ad alen-  
dam vxorem: quia in numero creditorum patris ponit potest  
eodem modo, quo de filiis dictum est.

Sexta difficultas est. Quid sit sentiendum de eo qui mu-  
tuu dedit vñtariori, cum sciret, aut probabiliter præsumeret,  
quod is mutuum petet ad illud expendendum in utiliter  
in ludis, coemulationibus, & aliis vanis, & inutilibus rebus.  
Cui satisficiendotalem mutuatorem non posse recipere  
suum mutuum, si intelligat suraniū a quo recipit, inde redi-  
ti impotentem ad solutionem faciendam creditoribus a  
quibus vñtras extortis. Ita vult Angelus Restituto. 1. verbo  
Vñtariorum num. 22. & citatis Gabriele ac Syluestro, Nauarrus  
in Enchir. cap. 17. numero 264. Secus vero sentiendum erit  
mutuum inquam ab vñtariorum restitutum posse retineri: si vel ei fue-  
rat datum pro subleuanda exrema aut graui necessitate i-  
psius; vel si alia bona habeat ex quibus vñtras restitut. Nam  
haec conditiones faciunt, ut ab vñtariorum iustè debitum re-  
cipi possit, non obstante obligatione quam ipse habet alii  
restituendi acquisita per vñtarum prout satis ex antedictis  
intelligitur.

## CAP V T XXVII.

De obligatione restituendi acquisita per se-  
moniam.

## S V M M A R I V M.

- 419 Simonia quedam mentalis, quedam conuentionalis, & quedam  
realis: quidque eorum unaqueque sit.  
420 An acquisitum per simoniam mentalem sit restitutioni obno-  
xiun tentie varie.  
421 Pars negans tenenda, & solutio rationum contrariarum.  
422 Acceptum per simoniam non est iure naturali restituendum, sicut  
acceptum per vñtarum exceptis duabus casibus.  
423 Datum temporale non accepto spiritu alii pro quo datum est, restitu-  
debet.  
424 Collatio spiritualis pro tempore alii nondum recepto, non est iure  
invalida: in foro tamen externo merito invalidatur.  
425 Acquisitum per simoniam quamcumque redem restituendum est,  
iure humano non istem naturali.  
426 Restituendi pariter sunt fructus eiusdem.  
427 Spiritale simoniæ acceptum debet resignari in manibus Supe-  
riorum.  
428 Cui restitui debet tempore acceptum per simoniam in ordine,

vel beneficio.  
439 Cui item acceptum per alias simonias redēs.

**V**aria traduntur simoniæ divisiones, inter quas præci-  
pua est, quæ huic loco seruit in mentalem, conuen-  
tionalem & realem: cuius meminerunt Nauarr. in Enchir. cap.  
23. num. 102. & Sotius lib. 9. de iustitia & iure questio. 8. articulo 1. Mentalis dicitur quando aliiquid temporale datur vel  
accipitur pro spirituali, sine pacto quidem externo, neque  
expresso, neque tacito: cum animo tamen dandivl acci-  
piendi temporale pro spirituali; vt cum Prælatus alicui con-  
ferret beneficium Ecclesiasticum, sine conuentione quidem  
vlla; cum intentione tamen, & animo accipiendo ab eo pro i-  
psa beneficij collatione, temporale aliquod emolumenntum.  
Id quod ex Caet. 2. 2. quest. 100. art. sexto ad primaria obie-  
ctionem, tunc contingit cum actus dandi & accipiendo ex ini-  
quo illo animo proueniens, secundum suum modum & for-  
matum, exterius haber rationem donationis gratuitæ, nonve-  
rō emptionis, & venditionis.

A que iuxta eisdem authores, duplex est mentalis simo-  
nia: quedam pure mentalis, quando de facto nihil datur, vel  
accipitur; & quedam mixta, quando de factō aliiquid tempo-  
rale pro spirituali accipitur vel datur; sed sine conuentione.  
Vnde intelligitur simonia mentalis tantum dici per ne-  
gotiationem declarationis iniqui animi; neque eam distin-  
guia conuentionali & reali sicut in aliis materiis peccatum  
mentis, communiter distinguitur à peccato operis seu ex-  
ecutionis: quandoquidem in ea quoque datur executio ex-  
terna.

Conuentionalis dicitur, quando temporale pro spirituali  
dari vel accipi conuentum est per pactum sive expressum  
sive etiam tacitum, quod nondum est executioni manda-  
tum. Vnde triplex constituitur, vna quando tantum est con-  
uentio, & promissio: sed nondum est aliiquid datum vel accep-  
tum. Altera quando iam est datum vel acceptum spirituale,  
nondum autem temporale: tertia quando contra iam datum  
vel acceptum est temporale, non spiritale. Duxi (sive etiam  
tacitum) quia vt habet Caetan. in verbo Simonia sub initium  
cap. 2. nihil refert in hac re; vtrum partes disceptando,  
an primo verbo conuenient, aut sciendo mutuum affectum,  
detur vel accipiat pretium. Exempla istiusmodi pacti  
taciti petere potes ex Nauarro in Enchir. cap. 23. numero  
103.

Denique realis dicitur, quando vltra conuentione ait  
pactum sive expressum sive tacitum; tam spiritale quam  
temporale datum est & acceptum: vt fit quando ex conuen-  
tione aliqua, sive expressa sive tacita, beneficium Ecclesiasti-  
cum datur vel accipitur, data similiter vel accepta certa pe-  
cunia summa.

Quod aduerte ex Nauarr. in sequ. n. 105. procedere quan-  
tumvis spirituale, & temporale, sive vtrumque sive alterutrum  
datum sit & acceptum quoad aliquam tantum sui partem; &  
non quoad totum. Item ex Caet. in verbo Simonia c. 2. quod  
si quis accipiat spirituale, assignato statim pretio absque alia  
conuentione, simoniæ realem committi: quia tunc con-  
tingit tacita, & implicita conuentio.

Atque pro tripli simoniæ genere, de propria obli-  
igatione questio tripartita occurrit tractanda. Cuius prima  
parte queritur: vtrum acceptum per simoniæ men-  
talem sit in conscientia restituendum: v.g. confitit quis alteri  
beneficium Ecclesiasticum, ob commodum tempore rece-  
ptum ab eo: fine illo tamen pacto, vel conuentione aut pro-  
missione tacita vel expressa: sed solo intentione simoniæ;  
dandi scilicet vel accipendi tempore pro spirituali. An is te-  
neatur in conscientia temporale sive acceptum restituere, &  
alter beneficium sive collatum resignare.

## Beresstitutione accepti per simoniæ mentalem.

## S E C T I O L.

**D**é qua re duæ sunt sententiæ præcipuae. Prior Adri-  
ani quolibet 9. quest. 3. Med. in Cod. De rebus per  
vñtarum acquisitis, quest. 4. dubio circa 2. argumentum versu  
lam ad rationes. Item Sotius lib. 9. De iust. & iure qu. 8. art. 1.  
ad 6. & aliquot allorum quorum meminit Petrus à Nauar. in

430.

lib.

lib.2. De rest. cap.2. nu. 401. qui affirmant in simonia mentali, tam eum qui recipit pecuniam, quam eum qui beneficium Ecclesiasticum acquirit, teneri illum quidem ad restitutionem pecunie: hunc vero, ad resignationem beneficij accepti. Eorum praecipuum fundamentum est, quod restituere acceptum per simoniam, sic de iure naturali, cum acceptum sit contra iustitiam; vi potest vendito & empto eo quod gratis dari accipere de voluntate veri domini debuit: quodque de se non est pretio estimabile. Unde si vir perinde sit contra iustitiam, ac per iuram acceptum: ipsumque non minus quam iustitiam sit de iure naturali restituendum. Quod si sita est, omnino concedidebet acquisitionem per simoniam mentalem esse restituendum, sicut acquisitionem per iuram mentalem restituendum esse conceditur per cap. Consuluit, De iuris.

Posterior vero sententia est Sylvestri in verbo simonia quest. 20. Caiet. 2. 2. quest. 100. art. 6. & in summula verbo Simonia, veritus finem Nauar. in Enchir. cap. 23. num. 102. Petri à Nauar. in cit. cap. 2. numero 392. & aliquot sequentesibus Gregor. à Val. 2. 2. disput. 6. quest. 16. puncto 6. & aliorum qui absoluunt negant simoniacos mentales ( ex prava quidem intentione, sed sine contracta recipientes pecuniam vel beneficium) enier ad restitutionem. Eorum praecipuum fundamentum est illud, quod dicitur in ca. vltimo, De simonia his verbis: Et ad resignations spiritualium & temporaliū, quae nullo pacto sed affectu animi precedente, utrumque taliter, hoc est per simoniam, acquiruntur: in hoc calu delinquentibus sufficit ac per solam conscientiam suo fauiscere Creatori. Quibus verbis ita aperitè proposita sententia definita, ut de eadem dubitare, nimis cuiusdam audacie sit, vt inquit loco cit. Nauar. Recensens ceterorum glossas; quibus eadem verba detorquentur in aliis sensu. Quod etiam post ipsum facit Petrus à Nauar. in cit. cap. 2. a. num. 393. ad 399.

431. Atque haec tenenda est tanquam communis, vt esse loco cit. notat Nauar. atque benigna vt de se patet; ac etiam fatis clariè definita ab Ecclesia vt constat ex verbis Canonis, in eiusdem sententia confirmationem allatiss. A fundamento autem prioris sententiae respondendam est, negando quod restituere acceptum per simoniam, sit de iure naturali. Nam aliqui Papa non posse in ea re dispensare: sicut nec potest in simonia iure naturali mala ( vt confetur ea per quam spiritualiter datur pro temporali) adeoque, sicut ipse nequit facere vt licet è detur spirituale pro temporali: ita etiam nequiret dispare, vt beneficij collatio per simoniam facta, valeat; nec posse efficere, vt ille cui beneficium simoniaca est collatum est, non teneatur ipsum resignare: quod cum dici non debet, vt conseruando recipiat Ecclesia satis offendit: nec dicendum est acceptum per simoniam esse de iure naturali vt diuino restituendum; sed de iure tantum humano: quale ius non datur impensis restitutionem accepti per simoniam mentalem, vt patet ex fundamento secundae sententiae. Accedit quod in ea re non detur iniuria illara proximo, que ex lege commutatiæ iustitiae resarcienda sit restitutione: sed tantum illara Deo, & rei sacra: que per solam conscientiam compensari potest, nisi viterius Ecclesia in penam aliquid restituendum imponat, sicut imponeret pro iniuriarum loco sacro illara.

Si initus spirituale collatum simoniacè accipi contra voluntatem Christi: qui ut iubet illud dari gratis, ita & accipi quare non potest terineri. Negabitur consequentia: quia ex eo quod acceptum sit aliquid contra Dei voluntatem, non sequi necessariè, vt similius contra Dei voluntatem, retineatur (dummodo quis de mala acceptance peniteat & bene vestatur accepto) patet: quia simoniaca, aut alias in peccato mortali ad facios ordines contuta. Dei voluntatem promotus, vbi peccatum illud conscientiam deleuerit: in eis non manet, nec eos administrat contra Dei voluntatem, dummodo id debite faciat.

Iam quo ad tempore pro spirituali acceptum: unde iure naturali nascatur obligatio illud restituendi, non appetit: cum dans non nisi suum alienet: & accipiens non nisi a sponte dante accipiat.

Quod ad spirituale autem constat ipsum dando vel accipiendo simoniaca, nullam de se fieri iniuriam proximo, sed tantum Deo per irreligionem: cuius species quædam simonia est propriæ. ex D. Thom. 2. 2. quest. 100. art. 1. in fine cor-

poris: non autem iniustitia ex qua nascatur obligatio ad restitutionem.

Porro cur dici possit acceptum per iuram restituendum esse de iure naturali, potius quam acceptum per simoniam, rationes variae redduntur: sed illa Caiet. ad art. 6. cuiusdem quest. 100. sufficere potest; nempe quod is qui iurario dat aliquid ultra sortem, nihil recipiat pro eo quod sic dat; ita vt merito censeatur nullam habere voluntatem mendii, & per consequens nec dominium rei sic data, transferetur in iurariis: qui ideo iure naturali tenetur illud quod accipit restituere tanquam alienum; ex cap. Si res 14. quest. 6. Is vero qui dat pecuniam pro re spirituali, aliquid utique accipiat pro eadem pecunia, immo multo plus quam dat: quodquidem res spiritualis superat omne pretium: quæ causa est cur vendi non possit: non autem quod ea nihil omnino valeat, fitque infra pretium: prout sunt nonnullæ aliae res, ex quibus nihil omnino commodi capi potest. Quapropter necesse non est, vt eam emens censeatur inquinari: emere, negeturque rei sui dominium contractu venditionis transferre in alium. Quem aduerte, sicut accipiendo non face rei illi iniuriam; eiiamsi peccet agendo contra obedientiam Deo debitam: perinde ac peccaret ille qui pro iusto pretio, venderet venenum, aut quiduis alius ex iis, quæ respulsa vendi prohibet: & nihilominus dominium acquireret preiij rei sic venditæ illi civi.

Sunt tamen duo casus in quibus iure naturali ipsum temporale restituendum est. Prior est cum accipiens illud, promisit spiritali, nec postea stat pro missi; tunc enim tenetur ipso iure naturali restituere acceptum: et si in penam peccati, Superior possit utrumque tali re punire, ampliando eam ad opus plium prout notat Caiet. in verbo Simonia sub finem.

Posterior est, cum quisab aliquo exigit pretium pro spirituali quod teneatur ex iustitia gratis ei dare, nec in eum ipsum vexare, tunc enim facit illi iniuriam naturali iure diuinoque relaciendam restituione. Qua de re pluribus Suarez in opero de virtute & statu religionis tractat. 3. libro 4. cap. 59.

#### Derestitutione accepti per simoniam conuentionalis.

#### SECTIO II.

Secunda parte questionis queritur virtus acceptum per simoniam conuentionalis sit restituendum.

De qua re tria tenenda sunt cum Nauar. in Enchir. cap. 23. num. 103. Primum est: quando datum est aut acceptum temporale pro spirituali ex pacto vel promissione, nondum dato & accepto spiritali: in conscientia abstinendum esse à dando, & accipiendo spiritali, ne simonia conuentionalis fiat realis ex virtute parte completa. Illud vero quod acceptum est, restituendam esse danti: non quod simonia conuentionalis obligat restituitionem; ed quod ius naturæ ita fieri postulet: quoniam datum acceptumque fuit ex causa, que nec subsecuta est, nec subsequi debet. Ius autem naturæ dictat ut acceptum ex causa subsecuta, restituatur ei qui dedit. In hocque Nauarrius consentientes habet Caiet. in verbo Simonia sub finem, & Sotum libro 9. De iust. & iure quest. 8. art. 1.

Secundum est: quando spirituale pro temporali datum acceptum est: ex pacto, vel promissione: nondum dato, & accepto pro spirituali, collatio rei spirituali non est ipso iure inuidia. Ia. vt is qui calulatione beneficii accipit non tenetur in conscientia illud in manu Superioris resignare ante conscientiam Iudicis, quod antiquum Romanæ curia sive obseruare habet Nauar. loco cit. & multo minus illud restituere ei qui dedit: cum, vt habeat idem authorib[us] id nequeat fine renunciacione praevia, & Superioris collatione subiecatur. Ratio: est, quam loco citante solutionem argumento Sotus habet: quia si ipse qui dedit nullum ius retinet; cum per resignationem beneficij, quam in manu Superioris fecit, illud ei ablatum sit, & alteri à Superiori collatum. Temporale autem pro tali beneficio simoniaca promissum, is qui promisit nec tenetur nec potest dare: quia in malis promissis non expedit fidem feruari, vt habet. 69. regulam iuris in 6. si que det, simonia ex conuentionali fieri realis completa ex traue

taque parte; per eamque incurrit post iam obligationis resig-  
natio in manu Superioris simoniace acceptum beneficium;  
ac ceteras canonicas pecunias; de quibus in seq. lib. 23. cap. 12.

Tercium est. Qui accepit beneficium Ecclesiasticum per simoniam conventionalem, meritum in f. o. externo puniri privatione accepti, vt & aliis Canoniciis pecunias. Hoc Nauar-  
rus habet sub initio citati numeri 103. Et probat, quia id pec-  
catum est mortale graue, iuxta caput. Cum esset De simonia:  
quod in iudicio probari potest, cū sit actus externus. Quod  
verò idem Nauar. in sequent. num. 106. ad 3. docet contra Caie. & Sotum, istud locum pariter habere in eo qui ut be-  
neficium sibi co- serretur centum nummos aureos facto pu-  
blico instrumento promisit sine ullo animo emendi benefi-  
cium ipsum, aut solvendi promissum : ideo non videatur se-  
quendum, quod nulla cernatur in eo simonia : ad quam re-  
quiritur voluntas dandi aliquid temporale: que talis non est  
in illo casu, in quo tolum est voluntas faciendo fraudem, non  
obstante instrumento illo publico, quod non est pars pacti  
prae dicti, sed tantum a restatio ne promissionis, cuius falsitas quā-  
do ostenditur fuerit in iudicio, non potest ex ea ferri sententia:  
vnde ex alio testimonio, vel in iudicio, quod fuerit bene re-  
futatum.

## De restitutione accepti per simoniam realem.

## S E C T I O N . III.

**T**ertia parte questionis queritur. An acquista per quā.  
cumque simoniam realem sint restituenda. Atque de  
acquisitis per simoniam realem in beneficio texus habentur  
ex cap. De hoc §. finali, De simonia: & de acquisitis per simoniam in ingressu religionis, habet et ex cap. Venies  
cod. titulo: in quibus talium restitutio est expresse imposita.  
De ceteris verò per eiusmodi simoniām acquisis, videatur  
tenendum illud quod Sotus habet in lib. 9. De iust. & iure q.  
8. art. 1. in solutione 2. dubii: omnem simoniām realem, seu  
in qua vtrumque, temporale inquam, & spirituale, datum receperūt;  
et, inducere obligationem ad restitucionem: non quidem  
iure naturae & diuinio, quod antea refutatur est: sed iure ca-  
nonice per illud in cap. finali De pactis. Pactio nesciit a vo-  
bis, vt audiuius, pro quibusdam spiritualibus obtineendas:  
cum in huiusmodi omnis pacte & omnisi; conuento debeat  
omnino cessare, nullius sunt penitus momenti. Ex qua defi-  
nitione sequitur retineri non possit, sed restituenda esse taliter  
acquisita: vt pote nullo iusto titulo possessa.

Quod autem Per. à Nauar. lib. 2. de restit. cap. 2. num. 416.  
putat per illam annulari non modo pactum dandi rem spiri-  
talem pro pecunia, quo naturalis simonia committitur: sed  
etiam omnem alium contractum non gratuitum, quo com-  
mittitur simonia tantum positiva, ipse non satis probat. Ver-  
ba enim quae adferuntur ex cap. Præterea De transactionibus,  
Cum igitur ipsa pactio simoniaca merito videatur: responsum quod  
de iure non tenet: intelligi recte possunt cum restituzione ad si-  
moniam naturalē: qualis est ea de qua illuc agitur, vt patet  
legenti. Item quod ipse addit ex cap. Cum vniuersorum.  
De rerum permutatione. Ipsa de iure non possunt per se Ec-  
clesiastica beneficia permutare, &c.] manifestum est ex pre-  
dicti tantum de permutatione beneficiorum Ecclesiastico-  
rum: vnde id ipsum de omni contractu non gratuito intelli-  
gere, est interpretatione extenderem pecuniam quae debet poti-  
restringi, ex regula 49. iuris in 6.

Restitui autem debent, non solum accepta per simoniām  
realem, sive spirituali sive temporalia: sed etiam fructus tam  
percepiti, quam qui diligenter posse fuisse percipi potuerunt:  
deductis tamen expensis causa eorum factis: aut quae legitime  
in Ecclesiastica utilitate fieri debuerunt. Id quod verum est  
non tantum quoad eum qui simoniāce rem fructiferam scie-  
ter malaque fide accepit: sed etiam quoad eum qui ignoranter  
& bona fide: nisi quod hic non tenetur restituere fructus  
bona fide consumptos; sed eos tantum qui ex hac, aut ex quibus  
factus est dictor. Quae doctrina est Sotus in cit. art. 1. ad 3.  
post D. Thomam 2. 2. quæst. 100. art. 6. ad 3. vbi id addit ad resi-  
gnandum beneficium non teneri eum, cui collatum est si-  
monia commissa in ipsius fraudem, & vt cogeretur postea  
resignare illud: nisi fraude detecta consenserat pacto, solvens  
id quod promissum fuit. Ratio vero eiusdem doctrinæ hac  
est: quod cum percipiens tales fructus, non fuerit iustus pos-

seffor ipsius rei fructiferæ, nequiverit fructus illius facere  
suum. Aduerte verò quod si ille non restituat, is qui causa fuit  
talis simoniāce collationis tenetur eamdem fructum re-  
stitutionem facere loco ipsius, prout probat Nauar. in com-  
ment. de datis & promissis norab. 22. num. 45, quia dans cau-  
sam damni tenetur ad illius restitutioē omittant ab eo qui  
principaliter illud intulit.

Quocirca illi qui conferunt vel conferri procurant bene-  
ficium excommunicato vel suspenso vel irregulari vel ob a-  
liud impedimentum canonicum incapaci, aduentant se te-  
neri ad restitutioē fructum male perceptorum à bene-  
ficiario, qui nō vult aut non potest eos restituere. Atq; quod  
in hac te dicitur de beneficiis, intelligendum est paritacione  
de dignitatibus, personatis & officiis Ecclesiasticis ex 2.  
Extrahant communī De simonia.

Dubium predictū annexum, Cui facienda sit restitutio accepti per si-  
moniam realem, ex virtute parte completam.

## S E C T I O N . IV.

**Q**uod acceptum spiritale, consentiunt authores illud  
esse resignādum in manu Superioris, ad quem specta-  
bit collatio illius: quidē ipsi sit tale, quod possit resignari:  
vt beneficium Ecclesiasticum. Nam nec retineti potest à posses-  
sore; cum (ex cap. Si quis ultimò, prima qua. 1.) nisi sponte re-  
linquat, sit in aeternum peritus. Neq; restituti potest ei qui  
dedit: nam ne si quidem est et tantum conventionalis simo-  
nia, id fieri posset, vt in praedict. sect. 2. ostensum est. Nec de-  
nitio: illi de novo cōfessus potest, nisi autoritate legitima Su-  
perioris. Ad quē proinde recurredum est, & in manib. ipsius  
beneficiū resignandū, ut illud p. sua potestate cōfessat idoneo.

Quoad acceptum tempore verò, controversia est. Nam  
Sotus li. 9. De iustitia & iure quæst. 8. art. paulo ante solu-  
tionem argumentorum, affirmat ante Iudicis condemnationē  
faciendam est: restitutioē dāti. Quod eis locum habeat  
in duabus casibus ante propositis sub finem primæ lectio-  
nis: in quibus, cum ipsi danti faciat iniuria, per talem acceptio-  
nem tanquam iniuriam, eadem facienda est restitutio, tanquam  
debita naturali lege iustitia. Nihilominus extra casus illos a-  
lii communiter (vt Sotus ipse fatetur, & ante ipsum attigerūt  
a Victoria in posteriore parte selectionis De simonia nu. 6.  
& Sylu. verbo Simonia quæst. 20. dicto 2.) simoniāce accep-  
tum existimat non debere restituī: quod consequētū est  
ex habitis in eadem sect. 1. cum ostensum est acceptum per  
mentalem simoniām, non esse obnoxium restitutioē de se,  
iureque naturali.

Porro de iure canonico (quod latè tractat Suarez in seq.  
cap. 60.) quando simonia commissa fuerit in iniuriam alicuius Ecclesiast. vt solet commissa beneficio: tenendum est cum

D. Thoma 2. 2. quæst. 100. art. 6. ad 4. restitutioē facien-  
dam esse Ecclesiast. in cuius iniuriam datum est p̄cūm, ex  
cap. De hoc §. finali. De simonia: vbi id, etiam ante Iudicis  
condemnationem procedere, significatur illis verbis: Cum  
ea sine granū sua salutis periculo retinere non possint. Et cō-  
fir. iuratur per illud quod in cap. Audiuius, eodē titulo præ-  
cipitur, vt si Episcopali quid exegerint, vt permittant in Ec-  
clesiis sibi subiectis C' ericos institui, Monachos profiteri,  
mortuos sepeliri, restituant duplū applicandum in vilitate  
loci in cuius dispensum id factum fuerit. Si enim tale præ-  
ceptum efficit intelligendum supposita Iudicis condemna-  
tione, vñ illam haberet vim: cum ordinariè non detur Iudex  
qui Episcopos de talibus condēnet. Quod si Prælatus simul  
& omnes de eadem Ecclesiast. sit in culpa, tūc restitutioē  
Superioris authoritate faciendam esse, vel pauperibus vel al-  
teri Ecclesiast. Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 114. ver. 5. ad-  
mittent (cum plurib. allis quorum meminit Suarez loco  
cit. num. 8.) addit se non arbitrii dictam authoritatem esse  
in f. o. conscientia necessariam. Sicut pecunia in nullius  
Ecclesiast. iniuriam data est, ea de consilio Episcopi distribue-  
tur in pios vñsus, vt habet a Victoria in cit. num. 6. Quod tamē  
consilium (cum nihil de tali distributione habeatur iure sta-  
tutum, vt nota Suarez in fine citati cap. 60.) si commodè ha-  
beri nequeat, nihil impediare videtur, quo minus in eodem  
vñs possessor illam rationabiliter expendere possit.

Atque deducitur ex dictis, illud quod loco citato Sylu. ha-  
bet de eo quod acceptum est per reale simoniām in collati-

one ordinis: quod si datum sit ab eo, quia nullum Ecclesiasticum titulum ordinatus est, restitutio fieri debet: Ecclesia cathedrali: tanquam iniuria affecta in eo, per lactionem in sua dignitate. Si vero ab eo qui ordinatus est ad titulum aliquius Ecclesia vel beneficii; eidem Ecclesia vel beneficio applicari debet ob illius peculiarem iniuriam: perinde ac id quod per simoniam realem acceptum fuerit pro Ecclesia vel beneficio collatione, applicandum est eidem Ecclesia vel beneficio.

439. Deduci quoque potest accepta per alias simoniales reales, quibus in nullius Ecclesia iniuriam pecunia datur pro spiritali; vel non esse obnoxia restitutio ante Iudicium condemnationem, vel esse conferenda in pios vias: nisi quod de acceptis per simoniam realem pro ingressu religionis, ratio sit specialis. Nam quando monasterium seu conuentus communicat in ea culpa, ralia restituenda sunt ei qui dedit, ut in aliud monasterium ingrediantur; cum non possit in illo permanere ob simoniam, ex cap. veniens, & cap. Quoniam De simonia. Pari ratione, ut ex Panormit. habet Sylvest. in sequ.

dicto, acceptum per simoniam realem pro ingressu Ecclesia secularis, reddendum est ei, qui dedit si non habeat unde vivat; argumento citati cap. Veniens. Legi eundem authorem.

Si queras, an cum quis acceptum bona fide restituit datum, cum esset restituendum Ecclesia vel pauperibus iuxta antedicta; teneatur adhuc ad restitutioinem. Respondetur negativum cum Francisco a Victoria in posteriore relect. de simonia num. 7. Ratioque negationis est, quod talis restitutio debeatur tanquam opus pieatis, praceptum ab Ecclesia; de qua ut de pia matre credendum est, quod sic bona fide restituentem, nolit ad aliquid amplius additringere. Secus est versus de eo qui danti restitueret mala fide: quia cum non debet cui quam patrocinari, talis tenetur denouo restituere ei, cui iuxta antedicta, restitutio ipsa facienda fuit: nisi ille cui facta est, satisfacta: receptum dando Ecclesia vel alii quibus de iure tribuendum est. Ad quam satisfactionem non videtur teneri de praepro, cum non ipse qui dedit, sed alter qui accipit, inbeat simoniace accepta expendere in pios vias.

## PRAXIS FORI POENITENTIALIS AD DIRECTIONEM CONFESSARII IN VSV SACRI SVI MVNERIS. PARS TERTIA.

### QVÆ EST DE PECCATIS TANQVAM REBUS AD EIVSMODI FORVM SPECTANTIBVS.

Auctore P. VALERIO REGINALDO Burgundo Sequano, è Societate IESV.

#### PRO OEV MIVM.

**H**ACTENVS de personis, & actionibus: deinceps de rebus ad paenitentiale forum spectantibus dicendum est: que sunt peccata, de quibus conteri & confiteri debet Paenitens, & a quibus absoluui debet a Confessario, imposita pro eis paenitentia seu satisfactione. Modus autem de illis dicendis ad presens institutum accommodate, hic est, ut tradatur ratio iudicandi an sint, quantum & qualia sint; nimis ut sciamus discernere inter illud, quod est peccatum vere, & illud quod tantum est apparenter: atque distinguere inter peccatorum species; ac demum iudicari quod si mortale, quodque tantum veniale. In quibus dubium non est, Confessarium debere esse versatum, cum confessiones quas ex officio excipit, fiant de peccatis, proponendo illa secundum suam speciem & numerum: ipseque teneatur conscientem dirigere si in aliquo errerit: & qualia quantumque sint ipsius peccata, discernere, ne perperam vel absolutam vel satisfactionem imponat; quandoquidem nolenti emendarē aliquid mortale, neganda est absolutio: & pro qualitate peccatorum imponenda est satisfactione ex Conc. Trident. sess. 14. cap. 8. Iam talis ratio iudicandi, quadam est generalis, & quadam specialis: easq; duplex, una tradenda secundum Theologiam practicam Sacramentalē. Etenim practica Theologia aduersus peccata, sicut medicina aduersus morbos, cōparata ac instituta, habet duos usus primarios in ordine ad spiritalem vitam, cuius seruit conservacioni. Prior est (ex quo moralis dicitur) instruendis de ratione declinandi à malo & faciendi bonum: cum dictum sit 1. Petri 3. Qui vult virum diligere, & dies videre bonos, declinet à malo & faciat bonum.] Posterior usus est (ex quo dicitur Sacramentalis) instruendis de ratione, qua debet salubriterque usurpantur Sacra menta, in medelam animarum nostrarum à Christo Domino instituta. Que cum ita sint: distinctione, quam hac pars requirit, ob ingenem multitudinem & varietatem tradendorum in illa, poterit commode fieri in tres tomos: in quorum primo tradatur generalis ratio iudicandi de peccatis: in secundo vero, specialis ratio iudicandi de illis secundum practicam Theologiam moralē: & demum tertio, iudicandi de iisdem secundum practicam Theologiam Sacramentalē.

#### PROPOSITÆ PARTIS TOTÆ MVS PRIMVS.

DE GENERALI RATIONE IUDICANDI DE PECCATIS.

#### PRAEFATIO.

**S**icut in speculatiis scientiis, iudicij omnis de propositionibus falsis, fundamentum primum pontum tur illud communissimum principium, De nullo simul potest affirmatio & negatio esse vel vera vel falsa: si in practica Theologia, iudicij de peccatis actionum humanaarum (quo nomine significantur ex qua)

ex, quarum exercendarum homo & quæ ac non exercendarum liberam habet potestatem / fundamen tuum ponitur, Declina à malo & fac bonum. Atque ut omnis illa propositio habetur pro falsa, quæ principio speculatio memorato aduersari cognoscitur: sic omnis illa humana actio peccatum esse iudicatur, quæ i si p ræcepto pratico repugnare deprehendit: tanquam peracta non vitato malo, à quo declinandum: & omisso bono, quod faciendum fuit. Quia autem ratione id deprehendi possit, nobis propositum est in hac parte tradere, ac primo vniuerse. Ad quod antequam aggrediamur, pauca de peccati nomine & definitione p ræfari oportet.

### De nomine & definitione peccati.

**A**TQUE de nomine scindit est ex D. Thomas 1. part. quæst. 63, art. primo, quanvis nomen peccati generaliter dicatur de omnibus eo quod deficit, nec congrueret propria fæ regula perfectum est; ita vixienda tam ad ea quæ à natura vel ab arte sunt, quam ad ea quæ à libera hominis voluntate procedunt: vsum tamen communem, quem hic sequimur, obtinuisse, ut quæ contra suā regulam ab arte fiunt, errores; quæ verò à natura, monstrantur: peccatorum autem nomine, absolutè in elegantia ea quæ à libera voluntate procedunt sine rectitudine sibi debita: id est, quæ non conformantur fæ regula; quæ est lex æternæ, de qua in sequentibus. Vnde D. ipse Thomas 1. 2, quæst. 71, art. 6. dixit peccatum nihil aliud est, quam actum humanum malum: quasi id nomen nihil spectaret ad ea quæ vel ab arte, vel à natura fiunt.

Ad exprimendam autem declarandamque peccati significandi propriam rationem, multæ quidem definitiones ex cogitatione sunt: ut vnu D. Bonavent. 2. sent. dist. 35, in expositione literæ, viginti referat, sed vna sufficiunt nobis potest ex D. Ang. lib. 22 contra Faustum, cap. 27. approbat calculus, tum Theologorum, sequentium in eo D. Thomas in loco proximè citato: tum Canonistarum: sequentium glossam penult. ad cap. Ille Rex De Penit. dist. 3. Quod nimirum sit dictum factum, vel concupitum contra legem Dei æternam. Quæ definitione, nobis sufficienter declarat peccati naturam, patet ex eo, quod in peccato, ut ibidem notat D. Thom. duo distinguuntur: vnu ut materiale, nempe actus humanus: alterum ut formale; nepe obliquitas eiusdem actus non congruentis cum sua regula: perinde ac in claudicatione distinguuntur ambulatio tanquam materiale; & obliquitas eiusdem, tanquam formale: prius illorum explicatur per priorem partem, dictum, factum, vel concupitum, & posterius per posteriorem, contra legem Dei eternam.

### Notanda ad pleniorum intelligentiam definitionis peccati.

**V**T autem hæc plenius intelligantur, non randum est primo, quod ex Gabriele habet Nauar. in Ench. prælud. 7. nro. 8. dictum, factum, vel concupitum, non esse hic accipiens de pro rebus dictis, factis, aut concupitis: sed pro actibus dicendi, faciendo; aut concupiscendo: quasi dicas, dictione m, factioñem, aut concupitionem: ita ut actus humanus prout in suis latens manifestetur exterius, vocetur dictum: & deinceps executioni mandatur, voce ut factum.

Notandum est secundò. Cum homo, sicut peccat concupiendo, dicendo, aut faciendo malum, à quo declinare p ræcipitur: sic etiam peccat non concupiscendo, non dicendo, aut non faciendo bonum quod amplecti iubet: sub illis non minibus affirmatiuis, dictum, factum, vel concupitum: intelligenda esse negativa: non dictum, non factum, non concupitum ex D. Thom. in cit. art. 6. ad 1. Nam definitio non est alioqui plena; siquidem non comprehendere et peccatum omissionis, in quod incurritis, qui non p ræstat illud quod potest & tenetur p ræstat. Addo & tenetur, quia non peccat quis in omitendo, quod potest quidem, sed r. o. tenetur p ræflare: ut diues: quod est exemplum Nauar. in eod. prælud. num. 13, qui potest quidem sed non vult dare centum aureos dicenti quod occideret seipsum, nisi dederit: non peccat non dando: quia et-

si potest, non tenetur tamen.

Nonandum est tertio. Quamvis p ræter legem æternam, ordinatione meæ diuinam de his, quæ nos facere, aut omittere oportet, dentur: tum rationis iudicium, cum lex humana, tanquam actuum humanorum regulæ, ex quibus Philosophi omnem illorum rectitudinem & obliquitatem iudicandam esse existimat: Theologos tamen, ut D. ipse Thomas expressi ibidem ad ultimum, spectantes peccatum prout est Dei offendit, de eo agere tantum respectu habito ad legem Dei æternam, cuius transgressione ipsi Deus offenditur: neque ea quæ fiunt contra rationis iudicium aut legem humana, alter numerare in peccatis, quam quatenus fiunt contra legem Dei æternam in ipsis inclusam: prout suo loco inferius declaratur.

Ceterum duo sunt quæ in genere iudicari debent de peccatis: nempe quid sit, vel non sit habendum pro peccato: & quod peccati genus fit illud, quod considerari pro peccato habendum esse. De p ræter autem in dictum fieri debet ex ipsorum peccatorum causis & accidentibus: de posteriori vero ex eorundem genere varietate. Ceterum peccata causam sufficientem, & finalem habent. Sufficientem quidem, quia secundum suum materialem, sunt de numero actuum humanorum id est, eorum quos homo exercet prout rationis & libertatis voluntatis participes. Finaler veò, quia tantis rationis & voluntatis libertas ornamenti frustra instruenda non est à Deo anima nostra: sed in aliquem finem, in quo consistat peccatio ipsius: & ideo debeat actiones suas ad eundem dirigere. Habent quoque materialē & formam: non quidem ex quibus componantur, ut nec reliqua accedentia habent: sed materiali in qua & materiali circa quam (illam subiectum, & hanc obiectum appellant) & formam externam, puta regulam ad quæ dictæ actiones diriguntur: legem in quam æternam, quæ proprietate dicti potest forma eaurundem actionum, non secus ac Dialectica dicitur scientiarum formæ: quandoquidem ut ad dialectica normam, definitiones & argumentationes ex quibus scientia conficitur, diriguntur, ut vera sint: sic ad legem æternam dirigendas sunt actiones humanæ, ut sint moraliter bona. Habent demum sua accidentia quæ dicuntur circumstantiae.

Cum ergo ex his omnibus, & ex memorata varietate possit de peccatis iudicari: hic primus tertie partis tomus, in quo tradenda est generalis ratio iudicandi de peccatis, aperte distinguuntur in quinque libros: ut primus sit, de his quæ ad iudicandum de peccatis considerandas sunt ex parte efficientis ipsorum. Secundus, de his quæ ex parte finis. Tertius, de his quæ ex parte materiae & accidentium, id est, obiecti & circumstantiarum. Ex subiecto enim, quod est anima rationalis, nullum istiusmodi iudicium sumitur. Quintus demum, sit de his quæ considerandas sunt ex parte generalis varietatis peccatorum. Cognitionem autem saltem rudem animæ humanæ, & facultatum, habituum, passionum, actionumque eius quam hæc doctrina exigeat videtur, tanquam commune dicendorum fundamentum; quia vel trita est ex Philosophia, vel facile est ea petere quantum ad hoc inservit sufficit, ex Nauar. in præludii Enchiridii: vi-

sum est non esse opus speciali tractatu tradere, sed prout res tulerit in sequentibus, id attingere quod videbitur requiri ad nostrum institutum.

